# G. Sendzicka G. Stawski Pocillatorem Leopolien. Quietat.

Coram Subdelegato G[e]n[er]oso Georgio Michaele a Trochowce Trochowski Vicesgerente Premislien. in locum infrascripti G[e]n[er]osi Joannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopolien. et Vicecapitanei loci praesentis munusq[ue] hoc Subdelegationis in se tunc suscipientis ordinato libere et benevole consentiente Officioq[ue] et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. personaliter comparens G[e]n[er]osa Regina de Sienno primo voto G[e]n[er]osi Nicolai Trzaskowski, ultimo maritali vero nuptiarum G[e]n[er]osi Wilhelmi Sędzicki Coniugis relicta Vidua, Sana mente, et corpore existens, a Terris Districtibus, Juribusq[ue] Jurisdictionibusq[ue] suis quibusq[ue] aliis propriis et competentibus recidendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet secum successoribusq[ue] ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Suprascriptum Generosum Joannem a Staw Stawski Pocillatorem Leopoliensem Vice Capitaneusem Premisliensem et ipsius Successores, de Summa Duorum Millium florenorum Polonorum per eundem supra scriptum Generosum Pocillatorem Leopoliensem sibi recognoscenti scripto certo manuali, manu eius propria subscripto inscripta et ad soluendum assecurata ac Actis Terrestribusq[ue] inpositione Actorum Terrium Premislien. Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime praeterito roborati ob sufficientem et plenariam sibi recognoscenti pro praemissis omnibus praestitam satisfactionem quietat emittit demittit Liberumq[ue] et absolutum perpetuo pronunciat scriptum hoc idem manuale tum eius inscriptionem roboratoriam cassat mortificat et annihilat hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Feria Secunda pridie Festi Sancti Valentini Praesbyteri et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio.

13 / II

G[e]n[er]oso